

Serra, Michelangelo. *Missae quatuor vocibus concinendae . . . liber primus. . . . Venezia, Giacomo Vincenti. 1604. RISM S2828. Enlarged Antwerp edition of 1608 (RISM SD 1608<sup>1</sup>, S2829).*

**Title:**

MISSAE QVATVOR  
 VOCIBVS CONCINENDAE  
 REVERENDI D. MICHAELIS  
 ANGELI SERRÆ MANT.  
*Canonici Reg. Diui Saluatoris*  
 LIBER PRIMVS.  
*Nunc primum in lucem editus.*  
 [Printer's mark]  
 VENETIIS,

---

Apud Iacobum Vincentium. M DC IIII.

**Dedication:**

ADMODVM R.P.D. RAYNERIO | BOVOSIO | BONONIENSI | *Priori Monasterij S. Saluatoris Bononiæ Viro ornatissimo* | D. MICHAEL ANGELVS SERRA MANTVANVS | *Canonicus Regularis Diui Saluatoris.* |

QVod tibi notissimum est, Pater ornatissime, ditissimus, atque vberrimus | omnium thesaurus est Diuinus Codex, ipsaq; tradita nobis eloquia cę-|leftia: Et agri nos fumus animati (ait clemens Alexādrinus) qui semen, | quod est verbum Dei, excipimus. Quod fī & rite excolatur, & sedulo | custodiatur, reddit plerumque testante ipso Domino, fructum centu-|plum. Id, omnis Antiquitas cum maximo in pretio semper habuisset, | tum concionibus, tum varijs concentibus, atque dispositione sic popu-|lis sparfit, vt ad tantas epulas inuitati cęleste, & inge conuiuium pluri-|mi semper appeterent. Sic Dauid Propheta, Pfalterium nobis reliquit, | ex quo tanquam è pharetra ad cor Regis sagittæ iacetentur. Sic alibi, quo disponunt, inquit, | testamentum super sacrificia, notans futura Christianæ Ecclesiæ tempora, quibus sanctissimum | Missæ sacrificium Diuino Instituto, Verboque è Pfalmis, Prophetijs, Euangelio, scriptis Apo-|ftolicis, atque Preçationibus concinnatum, in odorem suauitatis Deo offerretur. Quo sacrificio | tristia è cordibus excuteretur, abigerentur Dæmones, Gratia Deo agerentur, Deus ipse pro-|pitiaretur, plurima impetrarentur, etiam ipsīs, quorum debita neque hic in terris pœnæ exol-|tæ, igne Purgatorij expiantur. Quamobrem haud mirandum est, si eadem Ecclesia Spiritu San|cto edoçta hoc ipsum Missæ sacrificium, quanto potuit decore, & harmonia recitare, & offerre | conatur. Cuius Ecclesiæ duçtu, cum has (vt vocamus) Missas concentibus harmonicis etiam | ipse ornare studuissē, eas tibi, Optime Pater, inscribi volui, cuius nominis auçtoritate, & libe-|trius prodirent in publicum, & à reliquis attentius concinerentur, attentius inquam, quando-|quidem ea demum Harmonia Diuinis insonat auribus, quæ cum non sapiat leuitatem, neque | lasciuiam influit in canentium, & audientium animos, eliquque alteram illam Harmoniam, | quæ ex contemplatione Prudentiam, ex

sanctificatione Temperantiam, ex Impassibilitate Fortitudinem, ex ordinatione Iustitiam perficit. Id quod postremò in beata Vita Deo miserante | perfectius consequemur, si animi, & autes nostræ hic in terris, pijs istis concentibus pie assueuerint. Sanè vero d. Augustinus cum sex de Musica libros scripsisset, vix quidquam se fecisse | primis quinque existimauit, cum de vestigijs numerorum ad Notas pertinentium egisset, nisi | sextum adiecisset, quo ad aliorum numerorum superioribus præstantiorum disquisitionem ascendit, rationem omnis concinnitatis inuentricem ostendens, ac deinde summam numerorum | æqualitatem ex creatis æqualitatibus inquirens, vt tandem ad Dei amorem cuncta esse referenda, ac quomodo mens triumphare de numeris temporalibus debeat, e doceat. Ergo cum tu | imprimis & vitæ exemplo, & vberè doctrina, & prudentissimè administratione, vnà cum admodum R.P. Don Alphonso fratre tuo, sis nobis in hoc tamquam choro, & confociatione nostrorum Præceptor, accipe, qui tibi debentur laborum nostrorum fructus, quos Diuinæ Maestati tuis orationibus apud nostros, atque adeo apud populos reddes, & fecundiores, & efficaciores. Venetijs VI. Kal. Septembris 1604. |

### Index:

#### INDEX

Missa O lux beata Trinitas  
 Missa Iesu corona Virginum  
 Missa Primi Toni  
 Missa Deus tuorum militum  
 Adoramus te Christe

#### FINIS.

### Contents:

Missa O lux beata Trinitas  
 Missa Iesu corona Virginum  
 Missa Primi Toni  
 Missa Deus tuorum militum  
 Adoramus te Christe

### Part-books:

CANTVS	A <sup>14</sup>	28pp. Dedication. Index.
TENOR	B <sup>14</sup>	28pp. Dedication. Index.
ALTVS	C <sup>14</sup>	28pp. Dedication. Index.
BASSVS	D <sup>14</sup>	28pp. Dedication. Index.

### Remarks:

Quarto format. High clefs in *Agnus Dei* of *Missa Deus tuorum militum*. Copy consulted: I-Mc. RISM S2828. Enlarged Antwerp edition of 1608 (RISM SD1608<sup>1</sup>, SD2829).